Undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam in montem
ubi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adoraverunt,
quidam autem dubitaverunt. Et accedens Iesus locutus est
eis dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.
Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris
et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque
mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque
ad consummationem saeculi.

Incipit prologus

Marcus evangelista Dei electus et Petri in baptismate
filius atque in divino sermone discipulus
sacerdotium in Israhel agens secundum carnem Levi-
tus conversus ad fidem Christi evangelium in Italia scrip-
sit, ostendens in eo quid et generi suo deberet et Christo. Nam
initium principii in voce propheticae exclamationis
instituens ordinem Leviticae electionis ostendit, ut
praedicans Iohannem praedestinatum filium Zachariae in
voce angeli adnuntiantis emissum, non solum
Verbum caro factum, sed corpus Domini in omnia per Verbum di-
vinae vocis animatum initio evangelicae praedica-
tionis ostenderet, ut qui haec legens sciret cui
initium carnis in Domino [in dno et dei advenientis] habitaculum caro deberet agno-
sceret, atque in se Verbum vocis quod in consonantibus per-
diderat inveniret. Denique et perfecti evangelii opus
intrans a baptismo Domini praedicare Deum inchoans
non laboravit nativitatem carnis quam in prioribus
viderat dicere, sed totus in primis expositionem deserti
ieiunium numeri temptationem diaboli congregationem
bestiarum ministerium protulit angelorum, ut instituens
nos ad intellegendum singula in brevi com-
pingens nec auctoritatem factae rei demeret et per-
ficiendo operi plenitudinem non negaret. Denique
amputasse sibi post fidem pollicem dicitur ut sacerdotio
reprobus haberetur. Sed tantum consentiens fidei praedestinata
potuit electio ut nec sic in opere Verbi perderet quod
meruerat in genere. Nam Alexandriae episco-
pus fuit, cuius per singula opus scire et evangelii
in se dicta disponere et disciplinam in se legis ag-
noscere et divinam in carne Domini intellegere naturam.
Quae et nos primum oportet inquiri, deinde inqui-
sita volumus agnosci, habentes mercedem exhortationis,
quoniam qui plantat et qui rigat unum sunt, qui autem
incrementum praestat Deus est.

I

PRINCIPIUM evangelii Iesu Christi filii Dei,
sicut scriptum est in Isaia
propheta: Ecce mitto an-
gelum meum ante faciem
tuam, qui praeparabit viam
tuam ante te. Vox claman-
tis in deserto: Parate viam
Domini, rectas facite semitas eius. Fuit in deser-
to Iohannes baptizans et praedicans baptismum paenitentiae in
remissionem peccatorum. Et egrediebantur ad eum omnis
Iudaeae regio et Hierosolymitae universi, et bap-
tizabantur ab illo in Iordane flumine, confitentes
peccata sua. Et erat Iohannes vestitus pilis cameli, et zo-
na pellicia circa lumbos eius, et locustas et mel silve-
stre edebat. Et praedicabat dicens: Venit fortior
me post me, cuius non sum dignus procumbens solvere cor-
rigiam calciamentorum eius. Ego autem baptizo vos
aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu Sancto. Et factum est
in diebus illis venit Iesus a Nazareth Galilaeae et
baptizatus est in Iordane ab Iohanne. Et statim ascendens
de aqua vidit apertos caelos et Spiritum tamquam
columbam descendentem et manentem in ipso. Et vox
facta est de caelis: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.
Et statim Spiritus expulit eum in desertum. Et e-
rat in deserto quadraginta diebus et quadraginta noctibus et tempta-
batur a Satana, eratque cum bestiis, et angeli
ministrabant illi. Postquam autem traditus
est Iohannes, venit Iesus in Galilaeam praedicans evan-
gelium regni Dei et dicens: Quia impletum est tempus
et appropinquavit regnum Dei, paenitemini et cre-
dite evangelio. Et praeteriens secus mare Ga-
lilaeae vidit Simonem et Andream fratrem eius
mittentes retia in mare; erant enim piscatores.
Et dixit eis Iesus: Venite post me, et faciam vos fieri pis-
catores hominum. Et protinus relictis retibus secu-
ti sunt eum. Et progressus inde pusillum
vidit Iacobum Zebedaei et Iohannem fratrem eius, et
ipsos in navi componentes retia. Et statim vocavit
illos. Et relicto patre suo Zebedaeo in navi cum mer-
cennariis secuti sunt eum. Et ingrediuntur Caphar-
naum, et statim sabbatis ingressus in synagogam
docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat
enim docens eos quasi potestatem habens, et non sicut scribae.
Et erat in synagoga eorum homo in spiritu inmundo, et
exclamavit dicens: Quid nobis et tibi, Iesu Nazarene?
venisti perdere nos? Scio qui sis, Sanctus Dei. Et commina-
tus est ei Iesus dicens: Obmutesce et exi de homine. Et
discerpens eum spiritus inmundus et exclamans
voce magna exivit ab eo. Et mirati sunt omnes,
ita ut conquirerent inter se dicentes: Quidnam est hoc? Quae
doctrina haec nova? quia in potestate et spiritibus inmundis
imperat, et oboediunt ei. Et processit rumor eius statim
in omnem regionem Galilaeae.

Et protinus egredientes de synagoga venerunt II
in domum Simonis et Andreae cum Iacobo et
Iohanne. Decumbebat autem socrus Simonis febri-
citans, et statim dicunt ei de illa. Et accedens eleva-
vit eam adprehensa manu eius; et continuo dimisit
eam febris, et ministrabat eis. Vespere autem fac-
to, cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes ma-
le habentes et daemonia habentes. Et erat omnis civitas con-
gregata ad ianuam. Et curavit multos qui vexaban-
tur variis languoribus, et daemonia multa eicie-
bat, et non sinebat loqui ea, quoniam sciebant eum.
Et diluculo valde surgens egressus abiit in de-
sertum locum ibique orabat. Et persecutus est eum Simon
et qui cum illo erant. Et cum invenissent eum di-
xerunt ei: Quia omnes quaerunt te. Et ait illis: Eam-

[illegible]

[illegible]

Et factum est iterum cum sabbatis ambularet per sata et discipuli eius ceperunt pergere et evellere spicas. Pharisei autem dicebant ei: Ecce quid faciunt quod non licet. Et ait illis: Numquam legistis quid fecerit David, quando necessitatem habuit et esuriit ipse et qui cum eo erant, et quomodo intravit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum et panes propositionis manducavit, et quos non licebat edere nisi solis sacerdotibus, et dedit eis qui cum eo erant. Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatum. Itaque dominus est filius hominis etiam sabbati. Et introivit iterum in synagogam, et erat ibi homo habens manum aridam, et observabant eum si sabbatis curaret, ut accusarent eum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dicit eis: Licet sabbatis bene facere an male, animam salvam facere an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eum cum iracundia, contristatus super caecitatem cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam et extendit. Et restituta est manus illius. Exeuntes autem pharisei statim cum herodianis consilium faciebant adversus eum quomodo eum perderent. Et Iesus cum discipulis suis secessit ad mare. Et multa turba a Galilea, et Iudea secuta est eum, et ab Ierosolimis, et ab Idumea, et transiordanis, et qui circa Tyrum et Sidonem, multitudo magna audientes que faciebat venerunt ad eum. Et dixit discipulis suis ut navicula sibi deservirent propter turbam ne comprimerent eum. Multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent. Quotquot autem plagas habebant, et spiritus immundi cum illum videbant, pedebant illi, et clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent eum. Et ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse, et venerunt ad eum. Et fecit ut essent XII, cum illo, et ut mitteret eos predicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, et eiciendi demonia. Et imposuit nomen Petrus, et Iacobum Zebedei, et Iohannem fratrem Iacobi, et imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitrui, et Andream et Philippum, et Bartholomeum, et Thomam, et Iacobum Alphei, et Tadeum, et Symonem Chananeum, et Iudam Scariotem, qui tradidit eum. Et venit ad domum, et convenit iterum turba, ita ut non possent nec manducare. Et cum audissent sui exierunt eum tenere. Dicebant enim quoniam in furorem versus est. Et scribe qui ab Ierosolimis descenderant dicebant quoniam Belzebub habet, et quia in principe demoniorum eicit demonia. Et convocans eis in parabolis dicebat illis: Quomodo potest Sathanas Sathanam eicere? Et si regnum in se dividatur, non potest stare regnum illud. Et si domus super semetipsam dispertiatur, non poterit domus illa stare. Et si Sathanas consurrexerit in

nouum
nouum
nouum

sabbatis

simoni

et matheum

panem

ad tuos et nuntia illis quanta tibi dominus fecerit et misertus sit tui. Et abiit et coepit praedicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus et omnes mirabantur.

V Et cum transcendisset Iesus in navi rursus trans fretum convenit turba multa ad illum et erat circa mare. Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus et videns eum procidit ad pedes eius et deprecabatur eum multum dicens: Quoniam filia mea in extremis est, veni inpone manus super eam ut salva sit et vivat. Et abiit cum illo et sequebatur eum turba multa et conprimebant eum. Et mulier quae erat in profluvio sanguinis annis duodecim et fuerat multa perpessa a conpluribus medicis et erogaverat omnia sua nec quicquam profecerat sed magis deterius habebat, cum audisset de Iesu venit in turba retro et tetigit vestimentum eius. Dicebat enim quia si vel vestimentum eius tetigero salva ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius et sensit corpore quia sanata esset a plaga. Et statim Iesus in semet ipso cognoscens virtutem quae exierat de eo, conversus ad turbam aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam conprimentem te et dicis: Quis me tetigit? Et circumspiciebat videre eam quae hoc fecerat. Mulier autem timens et tremens sciens quod factum esset in se venit et procidit ante eum et dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit, vade in pace et esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt ab archisynagogo dicentes: Quia filia tua mortua est, quid ultra vexas magistrum? Iesus autem verbo quod dicebatur audito ait archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admisit quemquam se sequi nisi Petrum et Iacobum et Iohannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum archisynagogi et videt tumultum et flentes et heiulantes multum. Et ingressus ait eis: Quid turbamini et ploratis? Puella non est mortua sed dormit. Et inridebant eum. Ipse vero eiectis omnibus adsumit patrem et matrem puellae et qui secum erant et ingreditur ubi puella erat iacens. Et tenens manum puellae ait illi: Thabitha cumi, quod est interpretatum: Puella, tibi dico, surge. Et confestim surrexit puella et ambulabat; erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore maximo. Et praecepit illis vehementer ut nemo id sciret, et dixit dari illi manducare.

VI Et egressus inde abiit in patriam suam et sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato coepit in synagoga docere et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes: Unde huic haec omnia? Et quae est sapientia quae data est illi? Et virtutes tales quae per manus eius efficiuntur? Nonne est hic faber filius Mariae, frater Iacobi et Ioseph et Iudae et Simonis? Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Iesus: Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua et in cognatione sua et in domo sua. Et non poterat ibi virtutem ullam facere,

nisi paucos infirmos inpositis manibus curavit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Et circuibat castella in circuitu docens. Et vocavit duodecim et coepit eos mittere binos et dabat illis potestatem spirituum inmundorum. Et praecepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tantum, non peram, non panem, neque in zona aes, sed calciatos sandaliis et ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quocumque introieritis in domum illic manete donec exeatis inde. Et quicumque non receperint vos nec audierint vos, exeuntes inde excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. Et exeuntes praedicabant ut paenitentiam agerent, et daemonia multa eiciebant et unguebant oleo multos aegros et sanabant. Et audivit rex Herodes, manifestum enim factum est nomen eius, et dicebat quia Iohannes Baptista surrexit a mortuis et propterea virtutes operantur in illo. Alii autem dicebant quia Helias est; alii vero dicebant quia propheta est quasi unus ex prophetis. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollavi Iohannem hic a mortuis resurrexit. Ipse enim Herodes misit ac tenuit Iohannem et vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi et volebat occidere eum nec poterat. Herodes enim metuebat Iohannem sciens eum virum iustum et sanctum et custodiebat eum, et audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset, Herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis Galilaeae. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis et saltasset et placuisset Herodi simulque recumbentibus, rex ait puellae: Pete a me quod vis et dabo tibi. Et iuravit illi quia quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni mei. Quae cum exisset dixit matri suae: Quid petam? At illa dixit: Caput Iohannis Baptistae. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem petivit dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Iohannis Baptistae. Et contristatus est rex propter iusiurandum et propter simul recumbentes noluit eam contristare, sed misso speculatore praecepit adferri caput eius in disco, et decollavit eum in carcere et adtulit caput eius in disco et dedit illud puellae et puella dedit matri suae. Quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento.

Et convenientes apostoli ad Iesum renuntiaverunt illi omnia quae egerant et docuerant. Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum et requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant et redibant multi et nec manducandi spatium habebant. Et ascendentes in navi abierunt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes et cognoverunt multi et pedestre de omnibus civitatibus concurrerunt illuc et praevenerunt eos. Et exiens vidit multam turbam Iesus et misertus est super eos quia erant sicut oves non habentes pastorem, et coepit docere eos multa.

ait illi. Si potes credere omnia possibilia credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat. Credo domine. Adiuva incredulitatem meam. Et cum videret ihesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo dicens illi. Surde et mute spiritus. Ego tibi precipio ei ab eo. Et amplius ne introeas in eum. Et exclamans et multum discerpens exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent quia mortuus est. Ihesus autem tenens manum eius elevavit eum. Et cum introisset in domum discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare non potuimus eicere eum. Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione et ieiunio.

VIII

Et inde profecti pretergrediebantur galileam, nec volebat quisquam scire. Docebat autem discipulos suos et dicebat illis. Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum et occident eum. Et occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum et timebant eum interrogare. Et venerunt capharnaum. Qui cum domi essent interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Si quidem inter se disputaverant in via, quis illorum esset maior. Et residens vocavit xii. Et ait illis. Si quis vult primus esse erit omnium novissimus et omnium minister. Et accipiens puerum statuit in medio eorum. Quem cum complexus esset ait illis. Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipiet. Et quicumque me susceperit non me suscipit sed eum qui misit me. Respondens illi ihesus dicens. Magister vidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia, qui non sequitur nos et prohibuimus eum. Ihesus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciet virtutem in nomine meo et possit cito male loqui de me. Qui enim non est adversum vos pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque in nomine meo quia christi estis. Amen dico vobis non perdet mercedem suam. Et qui scandalizaverit unum ex illis pusillis credentibus in me. Bonum est ei si circumdaretur mola asinaria in collo eius et in mare mittatur. Et si scandalizaverit te manus tua abice illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem. Ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in vitam eternam quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te eice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur et omnis victima salietur. Bonum est sal quod si sal insulsum fuerit in quo illud condietur? Habete in vobis sal et pacem habete inter vos. Et exurgens venit in fines iudee ultra iordanem. Et conveniunt iterum turbe ad eum. Et sicut consueverat iterum docebat eos. Et accedentes ad eum pharisei dicentes. Si licet viro uxorem dimittere temptantes eum. At ille respondens dixit eis. Quid vobis precepit moyses? Qui dixerunt. Moyses permisit libellum repudii scribere et dimittere. Quibus respondens ihesus ait. Ad divinam cordis vestri scripsit moyses preceptum istud. Ab initio autem creature masculum et feminam fecit eos deus et dixit. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit ad uxorem suam et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo deus iunxit homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogaverunt eum. Et dicit illis. Quicumque dimisit uxorem suam et aliam duxerit adulterium committit super eam. Et si uxor dimisit virum suum et alii nupserit mechabitur. Et offerebant illi parvulos ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret ihesus indignatus est. Et ait illis. Sinite parvulos venire ad me et ne prohibueritis eos. Talium est enim regnum celorum. Amen dico vobis quisquis non receperit regnum dei velut parvulus non intrabit in illud. Et complexans eos et imponens manus super illos benedicebat eos. Et cum egressus esset in via, procurrens quidam genuflexo ante eum rogabat eum. Magister bone quid faciam ut vitam eternam percipiam. Ihesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus deus. Precepta nosti. Non adulteres, ne occidas, non furetis, non falsum testimonium dixeris, ne fraudem feceris. Honora patrem tuum et matrem. At ille respondens ait illi. Magister omnia hec observavi a iuventute mea. Ihesus autem intuitus eum dilexit eum et dixit illi. Unum tibi deest. Vade quecumque habes vende et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et veni sequere me. Qui contristatus in verbo abiit merens. Erat enim habens possessiones multas. Et circumspiciens ihesus ait discipulis suis. Quam difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt. Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. At ihesus rursus respondens ait illis. Filioli quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum dei intrare. Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos. Et quis potest salvus fieri. Et intuens ihesus illos ait. Apud homines impossibile est, sed non apud deum. Omnia enim possibilia sunt apud deum. Et cepit ei petere dicere. Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. Respondens ihesus ait. Amen dico vobis. Nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter me et propter evangelium qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc domos et fratres et sorores et matres et filios et agros cum persecutionibus et in seculo futuro vitam eternam.

IX

Multi autem erunt primi novissimi et novissimi primi. Erant autem in via ascendentes in ierosolimam. Et precedebat illos ihesus. Et stupebant et sequentes timebant. Et assumens iterum cepit illis dicere quia essent eius cuncta. Quia ecce ascendimus ierosolimam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et senioribus et dampnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus

scitote quia in proximo sit aestas. Sic et vos cum videritis haec fieri, scitote quod in proximo sit in ostiis. Amen dico vobis quoniam non transiet generatio haec donec omnia ista fiant. Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. De die autem illo vel hora nemo scit neque angeli in caelo neque Filius nisi Pater. Videte vigilate et orate; nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam et dedit servis suis potestatem cuiusque operis, et ianitori praecepit ut vigilet. Vigilate ergo; nescitis enim quando dominus domus veniat, sero an media nocte an galli cantu an mane; ne cum venerit repente inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico omnibus dico: vigilate.

XIIII

Erat autem pascha et azyma post biduum. Et quaerebant summi sacerdotes et scribae quomodo eum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem: non in die festo, ne forte tumultus fieret populi. Et cum esset Bethaniae in domo Simonis leprosi et recumberet, venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi, et fracto alabastro effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos et dicentes: ut quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud venumdari plus quam trecentis denariis et dari pauperibus. Et fremebant in eam. Iesus autem dixit: sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum, et cum volueritis potestis illis benefacere; me autem non semper habetis. Quod habuit haec fecit: praevenit unguere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis ubicumque praedicatum fuerit evangelium istud in universo mundo, et quod fecit haec narrabitur in memoriam eius. Et Iudas Scarioth unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum illis. Qui audientes gavisi sunt et promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quaerebat quomodo illum opportune traderet. Et primo die azymorum quando pascha immolabant dicunt ei discipuli: quo vis eamus et paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis et dicit eis: ite in civitatem, et occurret vobis homo lagenam aquae baiulans; sequimini eum. Et quocumque introierit dicite domino domus quia magister dicit: ubi est refectio mea ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum, et illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius et venerunt in civitatem et invenerunt sicut dixerat illis et paraverunt pascha. Vespere autem facto venit cum duodecim. Et discumbentibus eis et manducantibus ait Iesus: Amen dico vobis quia unus ex vobis me tradet qui manducat mecum. At illi coeperunt contristari et dicere ei singulatim: numquid ego? Qui ait illis: unus ex duodecim qui intinguit mecum manum in catino. Et Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo; vae autem homini illi per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei si non esset natus homo ille. Et manducantibus illis accepit Iesus panem et benedicens fregit et dedit eis et ait: sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis, et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effunditur. Amen dico vobis quia iam non bibam de genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam novum in regno Dei. Et hymno dicto exierunt in montem Olivarum. Et ait eis Iesus: omnes scandalizabimini in nocte ista, quia scriptum est: percutiam pastorem et dispergentur oves. Sed postquam resurrexero praecedam vos in Galilaeam. Petrus autem ait ei: et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Et ait illi Iesus: Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus vocem dederit ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem et omnes dicebant. Et veniunt in praedium cui nomen Gethsemani, et ait discipulis suis: sedete hic donec orem. Et assumit Petrum et Iacobum et Iohannem secum, et coepit pavere et taedere. Et ait illis: tristis est anima mea usque ad mortem; sustinete hic et vigilate. Et cum processisset paululum, procidit super terram et orabat ut si fieri posset transiret ab eo hora. Et dixit: Abba pater, omnia possibilia sunt tibi; transfer calicem hunc a me, sed non quod ego volo sed quod tu. Et venit et invenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare? Vigilate et orate ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus, caro vero infirma. Et iterum abiens oravit eundem sermonem dicens. Et reversus denuo invenit eos dormientes; erant enim oculi eorum gravati, et ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio et ait illis: dormite iam et requiescite. Sufficit; venit hora; ecce tradetur Filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus; ecce qui me tradet prope est. Et adhuc eo loquente venit Iudas unus ex duodecim, et cum illo turba multa cum gladiis et lignis a summis sacerdotibus et scribis et senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis dicens: quemcumque osculatus fuero ipse est, tenete eum et ducite caute. Et cum venisset statim accedens ad eum ait: Rabbi; et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum et tenuerunt eum. Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium percussit servum summi sacerdotis et amputavit illi auriculam. Et respondens Iesus ait illis: tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me? Cotidie eram apud vos in templo docens et non me tenuistis; sed ut impleantur scripturae. Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adulescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, et tenuerunt eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, et convenerunt omnes sacerdotes et scribae et seniores. Et Petrus a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis, et sedebat cum ministris et calefaciebat se ad ignem. Summi autem sacerdotes et omne concilium



ne ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerunt aromata. ut
uenientes ungerent iesum. Et ualde mane u
nia sabbatoꝝ uenerunt ad monumentum orto iam
sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nob
lapidem ab ostio monumenti. Et respicientes uider
reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et
introeuntes in monumentum uidere iuuenem sedentem
ex parte dextra coopertum stolam candida ⁊ obstupuer
Quem ille. Nolite expauescere. Iesum queritis nazare
num crucifixum surrexit non est hic. Ecce locus
ubi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius ⁊ petro
quia precedet uos in galileam. Ibi eum uidebitis
sicut dixit uobis. Et illę exeuntes fugerunt a monu
mento. Tenebat enim eas tremor ⁊ pauor. ⁊ nemi
nem quicquam dixerunt. Timebant enim. Surgens au
tem mane prima sabbati. apparuit primo marie mag
dalene de qua eiecerat vii. demonia. Illa ua
de nuntiauit his qui cum eo fuerant lugentibus
⁊ flentibus. Et illi audientes quia uiuit. ⁊ uisus
est ab ea. non credi
derunt. Post hec autem duobus ex eis
ambulantibus ostensus est illis in alia effigie eunti
bus in uicum. nuntiauerunt ceteris. nec illis quidem
credidere. Nouissime recumbentibus illis. xi. apparuit ei.
improperauit incredulitatem illorum ⁊ duritiam cordis
quia his qui eum resurrexisse uiderant non credidissent. Et dixit
eis. Euntes in mundum uniuersum predicate euangelium o
mni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit
qui uero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui cre
diderint hec sequentur. In nomine meo demonia eicient. li
guis loquentur nouis ⁊ super egros manus imponent. ⁊ bene
habebunt. Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis assumptus est in
celum ⁊ sedet a dextris dei. Illi autem profecti predi
cauerunt ubique. Domino cooperante ⁊ sermonem co
firmante sequentibus eum signis. Incipit

Quoniam quidem plures conati sunt ordinare narrationem que
in nobis completa est rerum quę in nobis perfecte sunt. sicut tradide
runt nobis qui ab initio ipsi uiderunt ⁊ ministri fuerunt sermo
nis. Visum est et mihi assecuto omnia diligen
ter a principio ordine tibi scribere optime theophile. ut cognoscas
de quibus eruditus es uerborum.

Incipit euangelium
secundum lucam euangeliste.

FVIT
in diebus herodis regis
iudee sacerdos quidam nomine
zacharias. de uice abia.
uxor illi de filiabus aaron
nomen eius elisabeth. Erant
autem ambo iusti ante deum in
cedentes in omnibus mandatis et iustificationibus
dei sine querela. Et non erat in eis filius
eo quod esset elisabeth sterilis. Et ambo prouecti erant in
diebus suis. Factum est autem cum sacerdo
taret in ordine uicis
sue ante deum. Secundum consuetudinem sacerdotii sortis
contigit ut incensum poneret
ingressus templum domini. Et omnis multitudo erat
orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus dei
stans a dextris altaris incensi. Et turbatus est zacharias ui
debat et timor irruit super eum. Dixit autem ad
illum angelus. Ne timeas zacharia quoniam exau
dita est deprecatio tua. uxor tua elisabeth pariet
tibi filium. et uocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudium
tibi et exultatio. multi in nativitate eius gaudebunt.
Erit enim magnus coram domino. uinum et si
ceram non bibet. et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris
sue. et multos filiorum israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et
ipse precedet ante illum in spiritu
et uirtute helie ut conuertat
corda patrum in filios. et incredulos ad prudentiam
iustorum. parare domino plebem perfectam. Et dixit zacharias
ad angelum unde hoc sciam. Ego enim sum senex. et
uxor mea processit in diebus suis. Et respondens
angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui assisto ante
deum. et missus sum loqui ad te. et euangelizare
tibi hec. Et ecce eris tacens. et non potes loqui usque in diem
quo hec fiant. pro eo quod non credidisti uerbis meis que
implebuntur in tempore suo. Et erat plebs exspectans
zachariam. et mirabantur quod tardaret
in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos.
Et cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et
ipse erat innuens eis. et permansit mutus. Et
factum est ut impleti sunt dies officii eius. abiit in
domum suam. Post hec autem dies concepit elisabeth
uxor eius. et occultabat se mensibus quinque dicens
quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre
opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto
missus est gabriel angelus ad mariam uirginem desponsatam
uiro cui nomen erat ioseph de domo dauid. et
nomen uirginis maria. Et ingressus angelus ad eam
dixit. Ave maria gratia plena dominus tecum. benedicta
tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in
sermone eius. et cogitabat qualis esset ista salutatio.
Et ait angelus ei. Ne timeas maria inuenisti enim
gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium
et uocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus et filius al
tissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris
eius. et regnabit in domo iacob in eternum. et
regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad an
gelum. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco.
Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet
in te. et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et
quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Et ec
ce elisabeth cognata tua. et ipsa concepit filium in
senectute sua. Et hic mensis est illi qui uocatur sterilis.
quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. Dixit
autem maria. Ecce ancilla domini fiat mihi secun
dum uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Exurgens au
tem maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione. in ciuitatem iuda.
Et intrauit in domum zacharie. et salutauit
elisabeth. Et factum est ut audiuit salutationem